



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

857. An ad permutationem necesse sit, ut, dum beneficium resignatur animo permutandi, exprimatur, resignationem dieri hoc animo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

Gamb. loc. cit. apud Garc. Præter quos ita expressè sentit Sylv. v. *permutatio*. n. 12. apud Garc. n. 47. inquitur requiri, ut permutatio fiat ex causa spirituali, qualis est, ut Deo meliùs seruiatur. Item D. Th. in 4. d. 25. q. 3. a 3. dicens, quòd permutatio fieri debet pro causa spirituali, puta, ut meliùs Deo seruiatur; aliàs, si pro terreno commòdo aliquo utriusque, vel alterius fiat permutatio, est simoniaca. Idemque cum D. Tho. dicentes Corrad. in *respons. casuum conscient.* q. 42. & Ugol. tab. 1. de *simon.* c. 27. §. 1. n. 6. apud eund. Garc. n. 45. quorum posterior inquit, simoniam committi, aut saltem peccari, ubi ob non necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ, & ut Deo meliùs seruiatur, permutatio fit, ut debet; sed ob rerum terrenarum commòdum, nullo habito respectu ad cultum divinum, Et hinc, qui beneficium permutat cum alio ob id, quòd ubi aliud illud beneficium est, venationi & piscationi operam dare possit, planè peccare, ex quo ob has causas permutatio permittitur non est. Nullam verò intervenire aut spectari utilitatem Ecclesiæ, difficile esse definire, bene ait Chok. loc. cit. n. 3. propter palliationes & technas, quas Ordinariis obtinent permutare cupientes.

4. Respondeo quartò: Pro iusta causa admittenda per Ordinarium permutationis sufficit utilitas unius Ecclesiæ compermutantium, modò ex parte Ecclesiæ alterius compermutantium non sit in damnum considerabile; eò quòd id conformius videatur textui c. *questum*, ut pote qui dicendo: *quæ uno loco minis sunt utiles*: considerat utilitatem unius loci. Garc. cit. n. 49. & ex eo Ventrigl. loc. cit. n. 18. (qui etiam ait, quòd ad necessitatem Ecclesiæ sufficere secundum omnes, ut ea sit ex parte unius) contra Tusch. lit. P. concl. 305. n. 5. & Gemin. conf. 105. n. 5. requirere utilitatem utriusque Ecclesiæ compermutata.

5. Respondeo denique: Ut superior teneatur admittere permutationem, requiritur causa necessitatis, vel maguz & evidētis utilitatis Ecclesiæ. Garc. loc. cit. n. 48.

Questio 857. An ad permutationem necesse sit, ut, dum beneficium resignatur animo permutandi, exprimat, resignationem fieri hoc animo?

Respondeo negativè. Tond. qq. *benef.* p. 3. c. 180. d. n. 1. ubi ait: multa resignationes sunt species quadam permutationum; mutua autem talis resignatio iuxta gl. in *Clem. 1. de rer. permut.* vel ex causa fieri potest, exprimendo, vel non exprimendo illam fieri ex causa permutationis: quia si illud non exprimat, sufficit illud colligi ex conjecturis, v. g. ex præcedentibus gestis vel dictis, ut *Imol. in cit. Clem. unic. n. 7.* Anchar. n. 3. aut etiam probari per testes vel instrumenta, ut *Cardin. in cit. Clem. n. 6. in fine.* Veri simile enim non est, quòd quis beneficium suo renunciet sine causa. Similia habet Tond. p. 1. c. 75. n. 7. & 8. ubi ait: DD. omnes in *cit. Clem.* Afferunt, permutationem per se fieri, imò & de rigore faciendam esse per liberam & puram resignationem compermutantium, illòsque posse mutuo resignare beneficia, etiam præcedente tractatu de permutando, & quòd non sit opus exprimere titulum permutationis, modò resignationes hinc inde purè & liberè fiant; cum per eas non sint ligata manus collatorum, & resignantes non teneantur exprimere causam resignationis, sed ea præsumatur de jure.

P. Leuren, Fori Benef. Tom. III,

Questio 858. An necesse sit in permutatione facere mentionem tractatus jam antecedenter habiti inter compermutantes de compermutando?

Respondeo negativè: Idque sive permutatio fiat coram Papa, sive coram Ordinario. Paris. de *confid.* q. 40. n. 39. & 40. dicens ita obtinuisse usum & praxin quotidianam.

Questio 859. An in permutatione necesse sit, fieri mentionem beneficiorum aliorum à compermutantibus jam habitorum?

1. Respondeo primò: Id neque de jure, neque de stylo necessarium est, dum permutatio fit coram Ordinario, non secus ac in alia ab eo facta provisione Azor. p. 2. l. 7. c. 29. q. 27. §. *sciendum est.* Chok. p. 2. c. 5. n. 6. Garc. p. 11. c. 4. n. 99. citans Menoch. de *arb. l. 2. casu.* 201. n. 150. Corad. de *benef.* p. 1. c. 9. n. 8. & c. Idem videtur, dum permutatio fit coram Legato de latere. Azor. loc. c.

2. Respondeo secundò: Permutationem factam coram Papa, etiam ad preces permutantium (dum enim fieret motu proprio, seu adjectâ clausulâ *motus proprii*, vel etiam pro expressis habentes, videtur certum esse, id non requiri. Chok. loc. cit. n. 1. ex *Rebuff. in pr. cit. de permut. n. 35.* dicente tutius esse, fieri mentionem omnium obtentorum, nisi adessent dictâ clausulâ) nullâ factâ à permutantibus mentione beneficiorum ab iis jam obtentorum, quantum est de jure communi, subsistere, astruunt cum *Federic. de Senis. tr. de permut. q. 13.* (vel ut eum citat Chok. n. 27.) *Gamb. de permut. p. 2. n. 188.* *Pet. de Ubalde. de permut. d. n. 21. ad 27.* *Ægid. eod. tr. p. 3. q. 1. d. n. 10.* apud Azor loc. cit. Item *Gimon. in Enchirid. benef. l. 2. q. 17. n. 159.* & alii apud Garc. loc. cit. n. 93. eò quòd canones solum statuant, debere fieri mentionem obtentorum in impetrationibus & dispensationibus ad occludendam viam ambitioni; in permutatione autem non sit impetratio & collatio simpliciter facta, sed tantum permutationis gratiâ, cesseret etiam omnis ambitio; cum beneficium beneficio non addatur, sed unum in locum alterius subrogetur, quâ ratione etiam motus Chok. loc. cit. n. 4. ait: non temerè recederem à sententia *Federici*, quam etiam sequitur *Lot. l. 1. q. 37. n. 26.* Contrarium tamen esse de stylo, & servari in Curia Romana, testantur ipsi hi AA. plerique, & in specie *Ægid. & Federic. & Rotam decis. 5. de rescrip. & 12. de prob. in antiq.* apud Garc. n. 89. quin & *Federic.* opinionem suam veram existimat salvo tamen hoc stylo, & sequendum esse hunc usum & stylum Curia, asserit Azor loc. cit. §. *ceterum*, & Chok loc. cit. n. 5. E contra non solum ex stylo, sed & de rigore juris faciendam esse hanc mentionem præhabitorum, expressè tenet *Castrop. de benef. d. 6. p. 3. §. 4. n. 3.* & tenere videtur Garc. n. 89. juncto n. 94. & 95. utpote utens iisdem, quibus *Castrop.* rationibus, & dissolutionibus argumentorum sententiæ oppositæ: nempe quòd in permutatione verè detur impetratio & collatio novi tituli, & si ex causa permutationis, & quòd, licet in permutatione, admittitur ex eius causa resignatione collatio sit necessaria ac debita compermutantibus, non secus ac facta electione & præsentatione legitima, debita est confirmatio & institutio (ob quam causam opus non est confirmandum vel instituendum per Papam facere mentionem à se jam obtentorum, ut *Castrop.*

Mm strop.